



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

19 Cedula co[n]sistorialis quomodo expediatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

domos canonicales, quot in ea sint Dignitates, & quæ, quot canonicatus, quot sint beneficiati ad residentiam obligati, quæ, & qualis sit fabrica ecclesiæ cathedralis, si contiguum habeat campanile, & campanas, si sacraria sit paramentis, vasis argenteis, aliisque necessariis decenter munita, an unam, vel plures habeat sacrarias, & aptas. An habeat palatum Episcopale pro Episcopi, & ejus familiae congrua habitatione. In civitate, & diœcesi quot sint ecclesiæ collegiatæ, quot, & quæ monasteria regularia, tam virotum, quam mulierum, an institutum fuerit collegium seminarii puerorum. unum, aut plura, juxta Sacri Conc. Trid. dispositionem, c. 18. *sess. 23.* de reform. quot pueri in eisdem reperiantur, & an vivant ex redditibus beneficiorum eisdem collegii seminatorum unicorum, vel ex portione fruetuum ab aliis beneficiis detraetorum ad formam dicti c. 18; §. & quod, si in eadem civitate, & diœcesi reperiantur erecti plures montes pietatis, hospitalia, confraternitates, aut alia pia loca, quot sint parochiales in civitate, & diœcesi, sub cuius titulo sit cathedralis, & an in eadem adsint corpora Sanctorum, aliæque reliquiae, & decenter asserventur. Si civitas, & diœcesis sit ab heretica pravitate munda, vel aliqua in parte suspecta, aut infecta, an civitas sit populata, & quot animas habeat, quot in tota diœcesi consistant, si non in numero certo, qui vix haberi potest, saltem circum circa, super quibus omnibus testes quam graviores haberi possunt in competenti numero, qui præmissa legitimè probent coram notario, seu secretario, ad hoc à Cardinali proponente deputato.

16. Peracto autem examine, & assumen-

dus genibus flexis fidei professionem coram eodem Cardinali proponente emitit, juxta formam à Pio IV. traditam in *Bullario constit. 114.* Inunctum nobis, & si in Regnis Franciæ, vel Hispaniarum, aut in Germania, in manibus Cardinalis Legati, vel Nancii, aut alterius dicto examini præsidentis, & in publico instrumento omnia rediguntur, quo à notario, vel secretario subscripto, & authenticato, Cardinalis proponens illud subscribit, attestando, processum vidisse, & proponendum requisitas habere qualitates, & à Cardinali proponente ad Cardinales capita ordinum, videlicet seniorem ex ordine Episcoporum, seniorem ex ordine Presbyterorum, & seniorem Diaconum deferatur, qui omnes eundem processum perfectum, quo per assumendum fuerint requisita probata, † primò Episcopus, secundò Presbyter, & tertio loco Diaconus Cardinales subscribunt, affirmando, se adlubita accurata diligentia, invenisse promovendum qualitatibus à jure, & sancta Synodo requisitis praeditum, ac certò existimare ipsum idoneum esse, ut in c. 1, de resor. *sess. 24.* quo facto ad Cardinalem proponente reportatur, & facta † cedula summarium totius processus continente, tot copia ejusdem fiunt; quot in consistorio Cardinales esse debent, & una, quæ Papæ defertur, pridie, quam dicta cedula in consistorio proponatur, facta hujusmodi propositione, illaque à Papa admissa, supradicta cedula, † quæ consistorialis vocatur, manu Cardinalis proponens subscripta, & ejus sigillo munita expeditur, qua confirmatur electio, & inde Episcopus infra legitimum tempus, de quo infra, per consecrationem ordinatur.



20 tur. † In Episcopi ordinatione duo E-
 pisco manus imponere, & Evangelio-
 rum librum super caput, & verticem ejus,
 & uno super eum fundente benedictio-
 nem, reliqui omnes Episcopi, qui ad sunt,
 manibus suis caput ejus tangere, & tenere
 debent, *cap. Episc. 23, dist.* & super eadem
 21 cedula, litteris Apost. expeditis, † illarum
 vigore possessione sublequuta, acquirit or-
 dinariam jurisdictionem, *cap. transmissam,*
de elect. quae Episcopis tribuitur à Papa, qui
vices suas ita aliis impartitur ecclesias, ut
Episcopi in partem vocantur solitudinis,
non in plenitudinem potestatis, cap. decre-
to, cap. qui se scit, 2, q. 6, cap. loquitur, §.
Episcopatus, 24, q. 1, & Varg. de auct. Pont.
in tract. tom. 13, propos. 4, confir. 5, sub nu. 1.
 Ex tribus enim jurisdictione ordinaria com-
 petit, ex lege, consuetudine, & privilegio,
cap. cum contingat, juncta glo. in ver. con-
suetudine, ubi etiam Abb. num. 5, & Felin.
num. 2, de for. compet. cap. conquestus, & ibi
glo. eod. ver. consuetudo, 9, q. 3, & Abbas
in cap. duo simul, n. 2, de offic. ord. Postmo-
 dum verò consecrationis manus intra tres
 22 menses iuscipere tenentur, † sub pena
 amissionis fructuum, & negligentes per
 alios tres menses, ecclesias sunt ipso jure
 privati, *cap. qui quidam, 75, dist. cap. quo-*
niam quidam, 100, dist. Conc. Trident. cap.
9, de reform. sess. 7, & cap. 2, de reform. sess.
 23, Navar. in *cap. 25, num. 118, tom. 2, & 27*
 Graff. dec. aur. *cap. 97, num. 52, par. 1, lib. 2.*
 23 Per consecrationem enim, † acquirunt
 ordinis potestatem, ut in d. *cap. transmis-*
sam, ubi etiam glo. final. ante med. de elec-
tio, & in tota diecesi habent jurisdictione-
 24 *nem ordinariam, † quam per se ipsos,*
vel alios, in quolibet loco non exempto,
pro tribunali sedentes causas audiendo, &

quæ ad eorum jurisdictionem pertinent,
 expediendo, libere possunt exercere, *cap.*
cum Episcopus, eod. tit. de offic. ord. in 6. E-
 pis coporum enim appellatione † veniunt
 etiam Patriarchæ, Primates, & Archiepis.
cap. cleros, §. ordo verò, vers. omnes autem,
 21 *dist. & Archid. in cap. 1, de stat. reg. in*
6, qui omnes habent jurisdictionem, intra
limites suarum diocesum, d. cap. cum Epis-
copus, juncta glo. de off. ord. in 6.

25 Post Christum Dominum, † à Petro
 Sacerdotalis incepit ordo, quia ipsi pri-
 mum Pontificatus in Ecclesia Christi da-
 tus est, Domino ei dicente, Tu es Petrus, &
 super hanc Petram ædificabo Ecclesiam
 meam, & portæ inferi non prævalebunt
 adversus eam, & dabo tibi claves Regni
 celorum, ubi ligandi, solvendique pote-
 statem, primus accepit à Domino, primus
 que ad fidem populum suæ prædicationis
 virtute adduxit, verboque instituit, cœteri
 verò Apostolicum eodem pari confortio
 honorem, & potestatem acceperunt, ip-
 sumque principem eorum esse voluerunt,
 qui etiam jubente Domino, in toto orbe
 terrarum dispersi, Evangelium prædicar-
 verunt, ipsis quoque decedentibus, in lo-
 co eorum surrexerunt Episcopi, *cap. in no-*
vo, 21, dist. cap. sacrosancta, 22, dist. cap. quo-
rum vices, 68, dist. cap. in illis, 80. dist. &
Concil. Trident. cap. 4, sess. 23.

In hac autem vita † nihil facilius, & le-
 vius, & hominibus acceptabilius Episcopi
 officio, nisi negligenter, & adulatoriè ad-
 ministretur, sed nihil apud Deum misera-
 bilius, tristius, & damnabilis, nihilque dif-
 ficilius ac laboriosius, & periculosis Epis-
 copi officio, sicut apud Deum nihil beatius,
 si eo modo militetur, quo militari præ-
 cipitur, ut ait S. August. relat. in cap. ante

